SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

## Werk

**Titel:** Petri Petiti Philosophi & Doctoris Medici Parisiensis De Sibylla
**Untertitel:** Libri tres
**Autor:** Petitus, Petrus
**Verlag:** Lankisch; Guntherus
**Ort:** Lipsiae; Lipsiae
**Jahr:** 1686
**Kollektion:** VD17-Mainstream
**Gattung:** Altertumskunde
**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
**Werk Id:** PPN737373385
**PURL:** http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN737373385
**OPAC:** http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=737373385

**LOG Id:** LOG_0017
**LOG Titel:** Præfatio.
**LOG Typ:** preface

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

# PETRI PETITI

Philoſophi, & Doctoris medici,

*DE*

# SIBYLLA

## LIBER TERTIVS.

## *De Sibyllinæ diuinationis proprietate & oraculis.*

### *PRÆFATIO.*

Superioribus libris vnam tantum fuiſſe Sibyllam oſtendimus, ingenium eius, mores, longum æuum, patriam, antra, peregrinationes e veterum monumentis eruimus, quorum pleraque illi cum aliis fatidicis feminis communia eſſe potuerunt; nunc hocce in libro, quod magis illi proprium & vernaculum explicare aggredior: qualis ſcilicet fuerit eius diuinatio, quoue charactere ab aliorum vatum facultate ſecerni poſſit; cuius rei ignorantia factum puto, vt pro vna examen nobis Sibyllarum exoriretur.

Idque

Idque eo impenſius nunc elaborandum eſt, quod initio eius rei explicationem polliciti ſumus, cum auctorum teſtimoniis vnam fuiſſe Sibyllam probaremus. Profecto enim ex hac potiſſimum, quam hic inimus, diſputatione doctrinæ illius alioqui παραδοξοτάτης confirmatio pendet. Exinde ad oracula veniemus, quibus creditur prædixiſſe de Chriſti Domini aduentu & rebus; & quid de his ſentiendum videatur aperiam. Principium autem diſputationis, quid inter Sibyllam & Pythiam aliosque vates interſit palam facere. Hoc igitur Numinis freti ope agamus.

## CAPVT I.

### *Non eundem fuiſſe diuinandi modum, quo Sibylla vſa eſt, & quo Pythia Apollinis ſacerdos & alii vates, oſtenditur.*

VT fere in aliis euenit, vt vltimæ & ſpecificæ, vt loquuntur, differentiæ lateant, eoque a paucis perſpici poſſint: ſic & quæ Sibyllam ab aliis vatibus diſcrimina ſecernunt, non modo indoctum ſed & eruditum vulgus hactenus